



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

42. In supremo &c. Nullitatis Electionis, seu nominationis R. P. D. Francisci  
de Solis Episcopi Ilerdensis in Gubernatorem Ecclesiæ Abulensis ab ilius  
Decano, Capitulo, & Canonicis per abusum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

70  
Poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus  
& indulgemus.

**S. 3.** Præterea cùdum Christifidelibus, qui recitationi Litaniarum omnium Sanctorum cum collectis, & precibus consuetis in aliqua ex Ecclesiis Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum præfatorum per memoratos Locorum Ordinarios respectivè designandis, mense à die publicationis eacumdem præsentium computando durante dumtaxat, itidem devotè interfuerint, ibique, ut supra dictum est, oraverint, quocumque die interea id egerint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu per eos quomodolibet debitis poenitentiis in formâ Ecclesiæ consuetâ relaxamus; Nec non, ut omnes, & singula Indulgentia, seu peccatorum remissiones, & poenitentiarum relaxaciones præfatae animabus fidelium, que Deo in charitate conjunctâ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possint, similiter indulgemu.

Et faculta-  
tem Confes-  
sarii appro-  
batib; absolu-  
vendi a reser-  
vatis.

**S. 4.** Cæterum cupientes Christifideles præfatos hujus pretiosissimi thefauri fieri participes, quibuscumque Presbyteris Confessariis tam Secularibus, quam Regularibus ad id in Ecclesiis Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujusmodi per prædictos Ordinarios ibidem ad se occasione consequendi Indulgentiam plenariam hujusmodi pro hac vice dumtaxat recurrentes, eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & alias Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causâ latis, seu infictis, nec non ab omnibus eorum peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, etiam quantumvis gravibus, & enormibus, ac etiam Locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam per literas Apostolicas die Cœnæ Domini legi solitas, aut alias quacumque nostras, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, poenitentiâ salutari. & aliis, que injungenda fuerint, eis injunctis, in foro conscientia, & eâ vice tantum abolvere, & libertate va-  
leant, facultatem impertimur.

Non tamen  
dispensi-  
fiuper irregu-  
laritate, nec  
absolvendi  
excommuni-  
catoe publice  
denunciatos.

**S. 5.** Non intendimus autem præsentes su-  
per aliquâ irregularitate publicâ, vel occu-  
pâ, notâ, defectu, incapacitate, seu inhabi-  
litate quomodolibet contractâ dispensare, vel  
aliquam tribuere facultatem dispensandi, seu ha-  
bilitandi, & in pristinum statum restituendi,  
etiam in foro conscientia; neque casdem præ-  
sentes literas illis, qui à Nobis, & Apostolicâ Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judge Ecclesiastico excommunicati, suspensi, vel interdicti, seu alias in sententias, vel censuras incidiſe declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi prius satisfecerint, aut cum Partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

**S. 6.** Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, & præsentim illis,  
quibus facultas absolvendi in certis tunc expre-  
sis casibus ita Romano Pontifici pro tempore  
existenti reservatur, ut nequidem similes, vel  
diffimiles Indulgentiarum, & facultatum hu-  
jusmodi concessiones, nisi de illis expressa  
mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam  
suffragari queant, cæterisque contraria quibus-  
cumque.

**S. 7.** Volumus autem, ut eacumdem præsentium  
literarum transumptis, seu exemplis etiam impre-  
ssis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, &  
sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate consti-  
tuata munitis eadem prorsus fides habeatur, qua-

Fides adhi-  
benda tran-  
sumptis.

haberetur ipsi præsentibus, si exhibitæ forent,  
vel ostendæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum  
sub Annulo Piscatoris, die 4. Januarii 1709.  
Pontificatus Nostræ Anno nono.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate Domini Nostræ Jesu Christi millesimo septingentezimo nono, die 4. mensis Januarii, Indictione secunda, Pontificatus Sanctissimi in Christo Paris, Domini Nostræ D. Clementis Divina Providentia Papa XI. anno ejus nono supradictæ literæ Apostolicæ affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicae Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, in Monte Cœtario, & in Acie Campi Flora, ac alio locis solitis, & consuetis Urbis, ut moris est, per me Thomam de Unionibus SS. D. N. Papa Cuforem.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

ANNO  
1709.

Publicatio.

## D E C L A R A T I O

XLI.

Nullitatis Electionis, seu nominationis R. P. D. Francisi de Solis Episcopi Ilerdensis in Gubernatorem Ecclesiæ Abulensis ab illius Decano, Capitulo, & Canonicis per abusum Laicis potestatis factæ, nec non quorūcumque inde securorum, & securorum, cum illorum revocatione, & abolitione, ac alis diuersis ordinationibus.

## C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

**I**N Supremo Apostolicæ Dignitatis culmine, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam collocati, Ecclesiasticam Immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, nostraque, & hujus Sanctæ Sedis, inferiorumque Ecclesiæ jura, ex commissi Nobis cœlitus Pastorali Officii debito, sarta testa tueri, & si quando ea quorūcumque, præfertim Laicorum, quos in rebus Ecclesiasticis obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi ausibus violata esse novimus, ab ejusmodi violationibus ascerere fatigimus, sicut omnibus matura considerationis trutinâ perpenitus, aquitati, & justicie, rectoque ordini consentaneum esse in Domino arbitramur.

**S. 1.** Ad nostri liquidem Apostolatus notitiam non sine gravi animi nostri molestia pervenit, quod alias tunc existens Secretarius universæ, ut vocant, Expeditionis Charissimi in Christo Filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici dilectis filiis Decano, Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Abulensis, per suas literas die 4. Februario proxime præteriti, seu alio veriori tempore eis conscripta nunciavit, quod cum dilectus etiam filius Froilanus Diaz Frater expreſſe professus Ordinis Prædicatorum dudum ad dictam Ecclesiæ per obitum ultimi illius Episcopi solatio Pastoris deſtitutam à dicto Philippo Rege Nobis præsentatus, præsentationi hujusmodi, antequam illam à Nobis admitti contigeret, renunciasset, ac subinde idem Philippus Rex ad Ecclesiæ prædictam Venerabilem Fratrem Franciscum de Solis Episcopum Ilerden, (ut in eisdem literis afferitur) similiter præsentasset, quia ab illo sic præsentato curam, & regimen dictæ Ecclesiæ quæprimum suscipi, & assumi cupiebat, eidem Secretario mandaverat, ut Decano, Capitulo & Canonicis præfatis significaret ipsi Philippo Regi gratissimum fore, h̄ dictus Franciscus Episcopus incundanter

Proceditum

ab

ab eis in Provisorem, & Vicarium Generalem, seu Gubernatorem praedicta Ecclesiae eligetur, eique jura, & facultates, quae ipsis, illius Sede Episcopali vacante, competit, attribuerentur, ad hoc ut absque ulla mora, donec dicta Ecclesiae de persona ipsius Francisci Episcopi à Nobis provideretur, & literæ Apostolice desuper de more expedirentur, eamdem Ecclesiam, tanquam futurus ejus Sponsor, regere, & gubernare posset, & valeret; Dicti vero Decanus Capitulo, & Canonicus per suas etiam literas die 21. ejusdem mensis, seu alio veriori tempore exatas, Secretario praefato rescriperunt, se quacumque jura sibi circa gubernium dictæ Ecclesiae, illius Sede Episcopali vacante, competitentia dicto Philippo Regi libenter deferre; paratos se exhibentes in ejus voluntatis implementum illa dicto Franciso Episcopo subdelegare, eumque in Gubernatorem ejusdem Ecclesiae eligere, ac nominare, & alias, prout in binis literis supradictis, quarum tenores, non approbandi, sed omnino reprobandi animo, praesertibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, plenus dicitur contineri.

Capitulum Abulense in Gubernatorem Ecclesiae Abulensis elegit Episcopum Ilerdensem.

Contra Sacrarum Sanctionum praescriptum.

J. 2. Cum autem, sicut pariter Nobis innotuit, in praemissorum sequelam Decanus, Capitulo, & Canonicus praedicti juribus sibi, sicut præmittitur, competitibus in eundem Franciscum Episcopum translati, illum subinde in Provisorem, seu Gubernatorem dictæ Ecclesiae eligere, seu nominare ausi fuerint, ipseque Franciscus Episcopus, electionis, seu nominationis iusmodi vigore Ecclesiam suam Ilerden. absque nostrâ licentia deserere, necon curam, regimen, & gubernium ejusdem Ecclesiae Abulen. sufficere, gerere, & exercere præsumpti, & adhuc præsumat: explorati vero juris sit ipsum Franciscum Episcopum minime potuisse, nec posse sub Oeconomatus, Procuratoris, Provisoris, Vicarii Generalis, seu Gubernatoris nomine, aut alio quovis qualito colore, seu titulo curam, regimen, & administrationem ejusdem Ecclesiae Abulene, in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel alium, pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illis ullen tenet Ecclesia Ilerden. cui praest, & à quo nonnisi à Nobis absolvit potest, realiter, & cum effectu absolvatur, ac ad praefatam Ecclesiam Abulene. transferatur, eique de illius persona à Nobis provideatur; praesertim cum ejusmodi absolutio, translatio, & provisio adhuc à Nobis nequidem petita fuerit, quinimo nec asserta ejusdem Francisci Episcopi ad dictam Ecclesiam Abulen. præsentatio Nobis ullen tenet faceta fuerit; indeque patet, quā temere, & perperam praemissa omnia in Regnis Hispaniarum haec tenus inaudita, contra eorumdem Regnorum consuetudines, contra Sacrorum Canonum, Apostolicarum Constitutionum dispositionem, ac regulum ordinem per damnablem secularis potestatis abusum gesta fuerint: quantum illa Ecclesia, & nostra jura lacerint, ac lacerant, quā gravibus denique periculis animas pretiosas Salvatoris, & Domini Jesu Christi Sanguine redemptas involverint, & adhuc involvere pertant. Hinc est, quod Nos, qui libertatis, ac jurisdictionis, aliorumque juriū Ecclesiasticorum Assertores in terris à Domino constituti sumus, omniumque Ecclesiarum, & Christifidelium curam, & solicitudinem supernā dispositione gerimus, Ecclesia praefata Abulen. nostrorumque, & Apostolicā Sedis iurum indemnitate provide, nec non animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, oc-

curre cupientes, ac omnium, & singulorum in praemissis tam à Secretario, quam à Decano, Capitulo, & Canonicis, nec non Francisco Episcopo supradictis per se, vel alios quoscumque quomodolibet actorum, & gestorum seriem, causas, & occasiones, aliave qualibet, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac exactissimè, & accuratissimè specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & maturâ deliberatione Nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine, electionem, seu nominationem ejusdem Francisci Episcopi in Provisorem, seu Gubernatorem praefata Ecclesiae Abulene, ac quorundamque iurium, & facultatum circa ejusdem Ecclesiae regimen, & administrationem Decano, Capitulo, & Canonicis praedictis, illius Sede Episcopali vacante, competitentium in ipsum translationem, seu concessionem ei ab eisdem Decano, Capitulo, & Canonicis factas, ut praefertur, aliaque omnia, & singula tam ab ipsis Decano, Capitulo, & Canonicis, quam à dicto Franciso Episcopo sua electionis, seu nominationis, ac in ipsum, sicut præmititur, translatorum, seu ei concessorum iurium, & facultatum hujusmodi vigore, seu praetextu per se, vel alios quoscumque, etiam specifica, & individuali mentione, & expressione dignos in praemissa, vel circa ea quomodocumque, & qualitercumque acta, facta, gesta, mandata, decreta, ordinata, vel disposita, ac forsitan in futurum (quod Deus avertat) agenda, gerenda, facienda, mandanda, decernenda, & ordinanda, cum omnibus, & singulis inde quovis modo secutis, & quandamque fecuturis penitus, & omnino nulla, invalida, inania, irrita, temeraria, & à non habentibus potestatem dannabiliter attentata, & de facto præsumpta, nulliusque roboris, momenti, & efficacia esse, & ab initio fuisse, ac perpetuò fore, tenore praesentium declaramus, & decernimus, illaque damnamus, & reprobamus, ac nihilominus ad majorem, & abundantiorē cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula, quatenus de facto processerunt, revocamus, irritamus, & annulamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuum in omnibus, & per omnia, perinde ac si nunquam facta fuissent, nec evenissent, neque unquam fierent, vel evenirent.

J. 3. Quocirca eidem Franciso Episcopo in virtute sanctæ obedientie, ac sub suspensionis ab exercito Pontificalium, nec non interdicti ab ingressu Ecclesiae ipso facto, & absque alia declaratione incurriendis paenitè prohibemus, & interdicimus, ne suæ irritæ electionis, seu nominationis, aliorumque praemissorum hujusmodi vigore, seu praetextu suscepimus praefata Ecclesiae Abulene. regimen, seu gubernium de cetero retinere, minime ulla jurisdictionem, potestatem, vel auctoritatem Ecclesiasticam, & Spiritualem, in Civitate, vel Diœcesi Abulene. exercere, ullumne inibi actum jurisdictionale facere, seu continuare, neque ullos dicta Ecclesiae Abulene. fructus, & proventus percipere, seu forsitan jam perceptos retinere audiat quovis modo, seu præsumat. Illos vero, qui ei in praemissa paruerint, vel auxilium, consilium, vel favorem quovis modo præstiterint, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præminentiae, vel dignitatis fuerint, excommunicationis majoris, nec non privationis fructuum Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, aliorumque quorundam reddituum Ecclesiasticorum per eos respectivè obtentorum similiter eo ipso incurriendis paenitè, innodamus, & innodatos fors decernimus, & declaramus;

Summus potestis ejusmodi de electionem damnat acriterat cum omnibus inde secutis & fecuturis.

Præcipit Episcopo Ilerdensi, ne in administratione Ecclesiae Abulensis illo modo se ingrat.

Decernit, ut  
Vicarius Ca-  
pitularis va-  
cancem Ec-  
clesiam admi-  
nistret.

ipſarumque pœnatum absolutionem, seu relaxa-  
tionem Nobis, & Romano Pontifici pro tem-  
pore existenti dumtaxat specialiter reser-  
vamus.

**S. 4.** Caterūm de salute Dominici gregis pa-  
ternā charitate solicii omnibus, & singulis  
utriusque sexus Christifidelibus tam Ecclesiasticis  
Sacerdotibus, & cuiusvis Ordinis, Congregatio-  
nis, vel Instituti Regularibus, quām L. icis ha-  
rum serie denunciandum, & ad eorum noti-  
tiām deducendum esse censuimus, præsumtum  
Franciscum Episcopum nullum in eadē Ecclesię  
Abulen. suę irritę, & invalidę elec-  
tionis, seu nominationis, aliorumque premis-  
torum hujusmodi vigore, vel prætextu, sive  
quoad temporalium, sive quoad spiritualia ju-  
risdictionem, aut potestatem habere, vel  
habuisse, adeoque nec ullam circa ea, qua  
Sacramentorum administrationem, causarum  
cognitionem, aut alias forum conscientię,  
vel contentiosum quomodolibet concernunt,  
auctoritatē interponere ullo modo validē  
posse, nec potuisse. Ne autem dicta Ecclesia  
Abulen. tempore, quo præsens illius Sedis  
Episcopaloris vacatio duraverit, Administratore  
in spiritualibus caret, volumus, & ordina-  
mus, ut ejus Vicarius Capitularis antea legiti-  
mè deputatus, Officium Vicarii hujusmodi cum  
omnibus, & singulis facultatibus ejusmodi  
Vicariis Capitularibus de jure, usū, & con-  
suetudine, ac alias quomodolibet juxta De-  
creta Concilii Tridentini competentibus, cum  
quibus illud ante præfatam irritam ejusdem  
Francisci Episcopi electionem, seu nominatio-  
nem gerebat, & exercebat, seu gerere, &  
exercere poterat, etiam nunc, & in poste-  
rum gerere, & exercere pergit, ac quatenus  
opus sit, illum in odium Officio harum fe-  
rie confirmamus, ut illud etiam nostrā, &  
Sedis Apostolicā auctoritate, donec tamen ali-  
ius similis Vicarius à Capitulo, & Canonicus  
præfatis legitimè deputatus non fuerit, gerat,  
& exerceat.

**S. 5.** Decernentes etiam easdem præsentes  
literas, & in eis contenta quacumque etiam ex  
eo quod præfati, & alii quicunque in premissis,  
seu eorum aliquo ius, vel interesse habentes,  
seu habere quomodolibet prætendentes, cujus-  
vis status, gradus, ordinis, præminentia, &  
dignitas existant, seu alias specifica, & indi-  
vidua mentione, & expressione digni illis non  
consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditii,  
causæque, propter quas præsentes emanantur suf-  
ficienter adducunt, verificant, & justificant non  
fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis  
juridicā, & privilegiata causā, colore prætex-  
tu, & capite, etiam in corpore juris clauso,  
etiam enormis, enormous, & totalis lesionis  
nullo unquam tempore de subceptionis, vel obrep-  
tionis, aut nullitatis virtio, seu intentionis nostrā,  
vel interesse habentium consensus, aliove quolibet  
etiam quantumvis magno, & substantiali,  
ac incogitato, & inexcogitabili defecū notari,  
impugnari, infringi, retractari, in controversiam  
vocari, aut ad terminos juris reduci seu adver-  
sus illas aperitionis oris, restitutiois in integrum,  
aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ re-  
medium intentari, vel impetrari, aut impetrato  
seu etiam motu, scientiā, & potestatis plenitu-  
dine similibus paribus concesto, vel emanato  
quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se  
juvare ullo modo posse; Sed ipsas præsentes li-  
teras semper firmas, validas, & efficaces existere,  
& fore, sicutque plenarios, & integros effectus  
sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &

pro tempore quandocumque spectabit, in om-  
nibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab  
eis respectivè inviolabiliter, & inconcusse ob-  
servari. Sicque, & non aliter in premissis per  
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos  
etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, ac  
S. R. E. præfatae Cardinales, etiam de Latere  
Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliosve  
quolibet quacumque præminentia, & potes-  
tate fungentes, & functuros, sublatā eis, & eo-  
rum cuilibet quāvis alter judicandi, & interpre-  
tandi facultate, & auctoritate, judicari, & defi-  
niri debere, ac irritum, & inane, si fecus super  
his à quoquā quāvis auctoritate scienter, vel  
ignoranter contigerit attentari.

**S. 6.** Non obstantibus premissis, ac, quatenus  
opus sit, nostrā, & Cancelleriæ Apostolice  
regulā de jure quæsto non tollendo; alisque  
Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus  
que, & Synodalibus Concilis editis generali-  
bus, vel speciāibus Constitutionibus, & Ordina-  
tionibus, necnon præfata Ecclesia Abulen.,  
& aliis quibusvis etiam juramento, confirmatio-  
ne Apostolica, vel quāvis firmitate alia roboret  
status, & consuetudinibus, ac usibus, & stylis  
etiam immemorabilibus; Privilegii quoque, In-  
dulsi, & literis Apostolicis præfatis, aliisque qui-  
buslibet Personis etiam quacumque Ecclesiasti-  
ca, vel mundanā dignitate fulgentibus, & alias  
quomodolibet qualificatis, ac specialein expre-  
sionem requirentibus, sub quibuscumque verbo-  
rum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam  
derogatoriarum derogatoriis, alisque effaciōri-  
bus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritan-  
tibusque & aliis decretis, etiam motu, scientiā,  
& potestatis plenitudine paribus, ac consistoria-  
liter, & alias quomodolibet in contrarium pre-  
missorum concessis, editis, factis, ac pluries ite-  
ratis, & quantisunque vicibus approbatis, con-  
firmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singuli-  
lis, etiam pro illorum sufficienzi derogatione de  
illis, etorumque totis tenoribus specialis, specifi-  
ca, expressa, & individua, ac de verbo ad ver-  
bum, non autem per clausulas generales idem  
importantes mentio, seu quāvis alia expressio  
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc  
servanda fore, tenores hujusmodi, ac si de verbo  
ad verbum nihil penitus omisso, & formā in illis tra-  
ditā observata exprimerentur, & insererentur, præ-  
sentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis  
habentes, illis alias in suo robre permanens ad  
premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,  
& expressè derrogamus, ac derogatum esse  
volumus, ceterisque contraria quibuscumque.

**S. 7.** Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium literarum transumptis, seu exemplis etiam im-  
presis, manu alicuius Notarii publici subscriptis,  
& sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate con-  
stitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judi-  
cio, quam extra illud ubique adhibetur, que ei-  
dem præsentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ,  
vel ostendæ. Datum Roma apud S. Mariam Ma-  
jorem sub Annulo Piscatoris 24. Augusti 1709.  
Pontificatus Nostri Anno Nono.

F. Oliverius.

Fides adhi-  
benda tran-  
sumptis.

CON-

Deroatio  
quibuscum-  
que contra-  
ris.